

bus ita piis vt supercilio careant, ita comibus vt absit leuitas, ita  
 20 seueris vt absit asperitas. Sed desinam, ne haec videantur οὐκ ἔταιρος  
 ἀλλ' ἀμοιβή. Petrus Falco, vir apud suos primae autoritatis, domum  
 reuersus multa de duobus Anglis scripsit, oblitus opinor nominum.  
 Mihi illico tetigit animum, At at, hic ille Vuatsonus meus; nam  
 profectum acceperam.

25 Iam equum concenderam Cantabrigiam aditurus, et ecce quidam  
 nunciat R. P. episcopum Roffensem, vestrae scholae Cancellarium,  
 eodem die Londini futurum. Hunc dum in singulos dies operior,  
 desedi dies aliquot Londini. Nec tuae literae mihi redditae sunt nisi  
 30 post menses aliquot. Quod mearum lucubrationum indicem petis,  
 iam id inscio me prestiterat Adrianus Barlandus, homo venusto in-  
 genio nec inamoena sermonis facilitate; ipsius igitur epistolam ad te  
 mitto. Salutabis amicos nominatim omnes, etsi id ipse nominatim  
 non iubeam. Bene vale, amice mellitissime.

Bruxellae Idibus ianuariis. Anno M.D.XVI.

### 513. FROM THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 189.

(London.)

LB. App. 112.

13 January (1517).

[The year-date may be supplied from the evident reference in ll. 6-8 to the contributions of More's friends to the *Utopia* (p. 339).]

### MORVS ERASMO S.

MARVFFI syrapham eiusdem generis esse puto cuius has meas  
 litteras; quas miror si potes legere. Sed ignoscet mihi, dulcissime  
 Erasme; nam neque tempus ad scribendum neque animus ad cogi-  
 tandum suppetit, tam assiduis negociis premor. Sed si recepisti  
 5 pecuniam a Maruffo, scribendum est ad Cantuariensem, quo Maruffus  
 quod soluit recipiat. Egi per epistolam Buslidio nostro gratias. Palu-  
 dano tute ages nomine meo non minores quam Aegidio; nam quae  
 illi scripserunt, tibi deberi voluerunt. Non credas quam vehemens  
 amator tui, quam acer propugnator studiorum tuorum sit Linacer.  
 10 Grocinus quamobrem tantopere conuentum te voluerit, nondum li-  
 cuit expiscari; nam is Londinum adhuc nondum venit. Vale, Erasme  
 dulcissime. Raptim die Hilarii.

512. 34. C<sup>1</sup>N: Ianuarię C<sup>2</sup>.

Anno M.D.XVI. add. H.

512. 25. Cantabrigiam] Doubtless to see Fisher, who had gone down for the opening of St. John's; cf. Ep. 432. 2 n.

31. epistolam] Ep. 492.

513. 1. eiusdem generis] Cf. Ep. 499. 4. 5. The transaction with Ma-  
 ruffus is evidently that alluded to there and in previous letters.

6. Buslidio] Cf. Ep. 484. More's letter is not extant.

Paludano] For his contributions to the *Utopia* see Ep. 180 introd.

7. Aegidio] Cf. Ep. 477. 5 n.

9. Linacer] Cf. Ep. 388. 164 n.

11. nondum venit] Grocin was probably at Maidstone; cf. Ep. 118. 22 n.